



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De potestate Luciferi. G

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

infernò religatū. Alii autem putāt ex quo cecidit  
pro peccati sui magnitudine, illuc fuisse demersū.

*Quod lucifer non habet potestatem quam habebit  
in tempore Antichristi.* G

Sed siue in infernū demersus sit siue non, cre-  
dibile est eum non habere potestatem accedendi  
ad nos, quam habebit in tempore Antichristi: in  
quo fraudulenter ac violenter operabitur & ideo  
forte dicitur tūc soluedu<sup>9</sup>, quia tunc dabitur ei po-  
estas à Deo tentandi homines, quā modo non habet.

*Quod demones semel victi à sanctis, non accedunt am-  
plius ad alios.* H

Aliis quoque qui à sanctis iuste & pudicè viuen-  
tibus vincuntur, potestas alios tentandi videtur  
adimi. Vnde Orig. puto inquit; sane, quia sancti *Ad fin. tom.*  
repugnantes aduersus istos incentores, & vincen- *i. Homil. 15.*  
tes minuunt exercitum dæmonum, velut quam *ad lib. Iosue.*  
plurimos eorum interimant: nec ultra fas sit illi *Ca. 12. eius-*  
spirit. qui ab aliquo sancto castè & pudicè viuēdo *dem.*  
victus est, impugnare iterum alium hominē. Hoc  
autem putant quidam intelligendum tantum de  
illo vitio in quo superatus est: vt si de superbia a-  
liquem virum sanctum tentat, & vincitur, ulterius  
non licet in illum vel alium de superbia tentare.

**QVOD BONI ANGELI, A DEO SVNT**

*confirmati per Gratiā, vt peccare non possint:*

*& mali ita obdurati in malo, vt bene viue-  
re nequeant.*

DISTINCT. VII.

A

Svpra dictum est, quod angeli qui perstiterunt,  
per gratiam confirmati sunt: & qui ceciderunt,  
à gratia Dei deserti sunt. Et boni quidem in tan-  
tum confirmati sunt per gratiam, quod peccare  
nequeunt. Mali vero per malitiā a deo sunt obstina-  
ti, quod bonā voluntatem habere, siue bene velle,  
non